EPISTOLA PASTORALIS QUA FRIDERICUS MARIA NOB. ZINELLI EPISCUM...

Federico Maria Zinelli



EPISTOLA PASTORALIS

QUA

FRIDERICUS MARIA NOB. ZINELLI

EPISCOPUS TARVISINUS

APOSTOLICAS LITTERAS

A SS. DOMINO NOSTRO PIO PP. IX.

SIBI NOVISSIME DATAS

CLERO SUO UNIVERSO

INEUNTE ANNO MDCCCLXV

PERLEGENDAS EXHIBET



TARVISII

TYPIS ANDREOLAE-MEDESIN

MDCCCLXV.

756

NOS

FRIDERICUS MARIA NOB. ZINELLI

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA

EPISCOPUS TARVISINUS

Duobus annis proxime elapsis, occasione arrepta ab Ordine divini officii persolvendi, Missaeque celebrandae, qui juxta morem publici juris fit quolibet anno ineunte, ut nostro pastorali munere fungeremur nonnulla documenta aut ad sanam doctrinam insinuandam aut ad disciplinam ecclesiasticam restaurandam opportuna vobis exhibuimus. Hoc anno, Dilectissimi, non nostris, sed ipsius Pontificis Summi Pii Papae Noni verbis Vos alloquemur, et sic promissa exsolvemus nuperrime data, cum ad vos orationem convertimus, ut Immaculatae Virgini sine labe originali conceptae debitus honor per novem ante Ejus auspicatissimum Festum dies tribueretur.

Ut autem Vobis clarius innotescant sensus, quos amantissimae continent Litterae vere optimi Pontificis, praeter caeteras dotes summa benignitate praefulgentis, hic prius subjiciemus scriptum, quod Nos, totius quoque Dioeceseos nomine, Illi obtulimus. Interest etiam quam maxime ut quae asseruimus de hac Dioecesi sciantur, ad consulendum ut omni tempore veritati adamussim respondeant. Epistolam idcirco unam et alteram damus, et quidem latine et italice ut ad fidelium quoque intelligentiam accommodatae sint.

BEATISSIME PATER

Conatus quibus scelesti homines Civilem Principatum istius Sanctae Sedis iterum iterumque subvertere tentant frequentissimas Beatitudini Tuae occasiones praebent ob oculos totius Orbis admirantis immotam, qua polles, firmitatem Apostolicam ponendi, quae Pii Papae IX Pontificatum nomenque immortalitate donabit. In Te profecto Beatissime Pater roboris animi de violentia triumphum Catholicus Orbis admiratur; et ii ex Italis, qui sincero Italiam amore prosequuntur, in Te veluti in praeclaro Italiae decore gloriantur. Mala secta fraudulenter semper insinuat, Pontificem ad transigendum paratissimum esse, paratissimum ad remittenda jura, et sunt homines tam imbecilla mente, tam segni animo ut a mendacibus se sinant decipi, humanae prudentiae documentis nimium fidentes. At Nos, Beatissime Pater, in partem Pastoralis sollicitudinis, quae in integrum Tibi incumbit, vocati, Nos probe scimus nullum futurum Pontificem qui vanis hominum consiliis aut minis jactatus juri cedat Suo vel, ut rectius dicam, Ecclesiae, eoque minus Pium PP. Nonum cessurum aperte proclamamus. Ille quidem ad transigendum pertrahi poterit, qui in periculo cuncta amittendi versatur, ideoque ex parte cedit ut reliqua servet; non vero cui vadimonium pro indefectibili sua existentia Dei ipsius verbum praestat. Huic sensui, qui alte Mihi pectori insidet usque inhaerens, dum vehementer foedissima facinora detestor, quae jugiter in Ecclesiae et Civilis Principatus istius S. Sedis damnum perpetrantur, hujusmodi etiam eventibus inducor illa Ecclesiae verba accommodare : *O felix culpa* ; nam ex nefario et impio ausu illorum, qui S. Sedi tam acre movent bellum, fecit Deus ut Summi Hierarchae fortitudo splendidius emicaret, quae quidem concuti nescia, nedum Catholicos, sed Acatholicos ipsos admirabundos dare plausus

BEATISSIMO PADRE.

I sempre nuovi attacchi, con cui s'impete il Principato Civile di cotesta S Sede, divengono una occasione per Vostra Beatitudine a far risplendere sempre più in faccia al mondo intero la incrollabile fermezza Apostolica, che renderà per tutti i secoli avvenire memorando il Pontificato di Pio Papa IX.

Veramente in Voi, o Beatissimo Padre, il mondo Cattolico ammira il trionfo della forza morale sopra la materiale, e gl'Italiani, che amano da senno la Italia, si gloriano di Voi, come della vera grandezza d'Italia. La setta perversa va sempre fraudolentemente spargendo, che il Papa è disposto a transigere, è disposto a cedere; e vi sono delle picciole menti e dei cuori più piccioli che si lasciano sedurre dalla menzogna, appoggiandosi ai canoni di una umana prudenza. Ma noi, o Beatissimo Padre, noi chiamati in parte della sollecitudine, che nella sua interezza a Voi solo spetta, noi sappiamo, che un Papa non cederà mai, e molto meno Pio Papa IX. Può transigere chi può perder tutto, e per salvar una parte altra ne cede; non può transigere chi ha per guarentigia della sua indefettibile sussistenza la parola di Dio.

Penetrato da questa persuasione, mentre detesto con tutta la forza dell'animo mio le inique azioni, che continuamente si compiono a danno della Chiesa e del Principato Civile di cotesta Santa Sede, mi sento mosso ad applicare anche a cotesti avvenimenti le parole della Chiesa, *o felice colpa* dei settari, perchè Iddio dall'empietà di costoro, che muovono sì accanita guerra alla S. Sede, ha fatto risaltare più fulgida la fortezza del Sommo Gerarca; fortezza incrollabile che ha strappata l'ammirazione, per la magnanima resistenza, dagli animi non solo dei Cattolici, ma eziandio degli Accattolici stessi.

Perdonate o Beatissimo Padre, questo sfogo di un affetto che

coegit. Da veniam Beatissime Pater si Mihi a verbis temperare non valeo, quibus erumpentem quo afficior affectum patefaciam; da Mihi cor effundere, quod, ad extremum usque vitae anhelitum, Deo adjuvante, pro justitia et Religione saliet, utut praepotente opinione, quae pietatem ac religionem omnem tollit, penitus eae proterantur.

En sensus, Beatissime Pater, quos, Episcopum prout decet Catholicum, doceo meum populum ruri degentem, cum pastoralis officii partes impleturus pagos peragro; jamque in bonum agrum semen cecidisse gavisus sum, nam pii agricolae cum, nocte ingruente, gravibus laboribus per diem exantlatis, ad humiles domus se recipiunt, postquam Deiparam per Rosarii salutationes coluerint, quod iis semper inculco, meis vehementibus adhortationibus permoti, ad ipsam Virginem tenerrimo affectu se convertunt dicentes = *Salve Regina* etc. ut longa et bonis omnibus cumulata amantissimo Fidelium Patri vita decurrat, et suis possit oculis vel in terris cernere Ecclesiae certum illum triumphum, cujus non dubia nobis apparuisse signa videntur.

Pergratum mihi perque jucundum quoque fuit Reverendissimum Franciscum Nardi S. Romanae Rotae Auditorem, virum aeque Tibi ac Sanctae isti Sedi addictissimum, rogare ut hosce mei animi sensus Tibi coram significaret. Ipse quadringentas super mille libellas gallicas, Fidelium meae Dioeceseos oblationem Tibi tradet; tenuem quidem oblationem, quia superioribus annis messes nostris in agris male cesserunt.

Adolescentes Clerici qui Mihi crescunt in Seminario, Spiritualibus Exercitiis absolutis, Me oratum voluerunt ut litteras ab ipsis conscriptas, quibus suam in Te pietatem et reverentiam testatam faciunt, et quas meis hisce adjunxi, Tibi traderem; atque una haud magnam pecuniam, cum fere omnes in angustiis rei familiaris versentur, verumtamen magno cum animo ad Te miserunt, quae pecunia libellarum mille super quadringentas partem

irrompe, sfogo di un cuore, che conserverà coll'ajuto di Dio fino l'ultimo battito per la giustizia e per la Religione, sieno pure conculcate da una tirannica opinione distruttiva di ogni principio morale e religioso.

Questi, o Beatissimo Padre, sono i sentimenti che io insinuo, come a Vescovo Cattolico si addice, in queste buone popolazioni della campagna, quando mi aggiro fra esse di continuo per soddisfare al mio pastorale ministero; e già hanno trovato un terreno fecondo, poichè questi buoni contadini, quando alla sera, dopo i faticosi lavori della giornata, si riducono nelle loro capanne per la recita del SS. Rosario, a cui sempre li esorto, aggiungono, docili alle mie vive raccomandazioni, la recita di una *Salve Regina*, perchè l'amato Padre dei Fedeli abbia a godere lunga e prospera vita, onde coi propri occhi vegga anche in questa terra il sicuro trionfo della Chiesa, quel trionfo, di cui ci pare oramai di vedere i preludi non dubbi.

Mi sono molto compiaciuto di poter pregare Monsig. FRANCESCO NARDI Uditore della S. Romana Ruota, personaggio tanto attaccato a cotesta Santa Sede ed a Vostra Beatitudine, di esprimere anche a voce questi miei sentimenti. Egli consegnerà a Voi, o Beatissimo Padre, 1400 Franchi offerta dei fedeli di questa mia Diocesi, picciola offerta perchè le stagioni negli anni passati corsero assai cattive. I Giovanetti Cherici del mio Seminario spontaneamente nella occasione dei Santi Esercizi mi pregarono d'innalzare a Vostra Santità un loro indirizzo qui unito, e con questo accompagnarono una picciola somma data da essi con cuore non picciolo, essendo tutti della classe più povera di questa Diocesi, picciola somma che forma appunto parte della offerta dei 1400 franchi.

Ho consegnato pure al sopraddetto Mons. NARDI un esemplare delle Istruzioni e norme pubblicate da me in quest'anno pel mio Clero, perchè lo umilii ai piedi di Vostra Santità, alla cui correzione assoggetto qualunque mia cosa, pronto a cancel-

constituit. Praedicto Domino NARDI exemplar Instructionum et regularum quas in usum Cleri mei typis edendas hoc anno curavi, Sanctitati Tuae humiliter exhibendum tradidi, Cujus judicio mea omnia castiganda subjicio, paratus delere volenti animo quidquid Sanctitati tuae minus arrideret.

Tuam demum Beatitudinem precor ut me Apostolica, qua soles, benignitate adspicias, nam Christi Vicarii benignus respectus veluti lux Solis recreantis est Nobis Episcopis, Nobisque animos addit ut hisce diebus periculi plenis praelia Domini fortiter praeliemur.

Tandem ad osculum sanctissimorum pedum provolutus Mihi, meo clero, populoque meae curae concreditis Apostolicam Benedictionem imploro.

Tuae Sanctitatis

Datum Tarvisii ex Aedibus Episcopalibus
die decima septima Octobris an. 1864.

Dev.mus Obseq.mus Addict.mus Servus et Filius
FRIDERICUS MARIA ZINELLI Episcopus Tarvisinus

Ab extra
Sanctissim. D. N. PIO PAPAE IX.

ROMAM

lare con animo volonteroso ciò che a Vostra Santità non piacesse.

Prego finalmente Vostra Beatitudine a voler riguardarmi colla consueta Benignità Apostolica, perchè lo sguardo benevolo del Vicario di Cristo è per Noi Vescovi, come il raggio fecondatore del Sole, che ci dà la forza a combattere in questi giorni pericolosi le battaglie del Signore.

Prostrato al bacio dei SS. piedi imploro per me, pel mio Clero e per il popolo alla mia cura commessi l'Apostolica Benedizione.

Di V. Santità

Treviso, dalla Residenza Vescovile, Addì 17 Ottobre 1864.

Dev.mo Osseq.mo Aff.mo Servo e figlio
FEDERIGO MARIA ZINELLI Vescovo di Treviso

Al di fuori

A S. Santità PIO PAPA IX.

ROMA

PIUS PP. IX.

Venerabilis Frater Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Ea est humani cordis pravitas, ut homo libero abusus arbitrio non modo saepissime nitatur in vetita, non sine gravi Conditoris sui contemptu, bene vero eo impietatis interdum deveniat, ut Illum e sede dejicere, Ipsiusque cultum et nomen abolere aggrediatur. Verum cum nihil sit quod a Deo praevisum ordinatumque non fuerit ad finem a se praestitutum, cumque humanae omnes voluntates, quantumvis perversae, et inferorum astu viribusque suffultae, serviant Ei, sicut et cetera omnia; stulti isti et inanes conatus in majorem semper Ejus gloriam convertuntur. Sacra et ecclesiastica historia id constanter factum esse docent, id contingere videmus ipsi hac nostra aetate. Siquidem e diro bello jamdiu Ecclesiae illato et quotidie saeviente multorum soporem discussum cernimus, vividiorem factam in plerisque fidem, incensiorem et actuosiorem caritatem, Pastores peculiarum Ecclesiarum huic Petri Cathedrae arctiore nexu devinctos, sacerdotes alacriores cautioresque factos in tuendis plebibus sibi creditis, undique sublatas voces, undique emissa scripta, et ab ipsis etiam heterodoxis, ad damnandas fraudes, explodendos errores, veritatis causam tuendam, Ecclesiae jura propugnanda. Itaque censemus, Te non immerito ipsis Ecclesiae verbis *felicem* dixisse eorum *culpam*, quorum malitia tanta perturbatio fuit inducta, cum inde et actio divinae providentiae clarior effulserit, et emolumenta non levia virtutis plurimis accesserint, et multae paleae ab area Dominica fuerint submotae per infelicem transfugarum casum. Haec Nos erigunt et confirmant, haec Nos docent quotidie firmius spem Nostram ponere in Deum, qui est fortitudo et laus Nostra, haec Nos ad agendas Ei gratias compellunt, quoties Venerabiles Fratres Nostri amoris in Nos sui et

PIO PAPA IX.

Venerabile Fratello Salute ed Apostolica Benedizione.

Cosifatta è la malizia dell' uman cuore, che abusando l'uomo del libero arbitrio, non solo è tratto assai volte alle vietate cose con grave spregio del Creator suo, ma a tale pur viene talvolta di empietà, che si attenta a discacciarlo del seggio ed a toglierne via il culto ed il nome. Ma poichè niente havvi, che da Dio non sia stato preveduto ed ordinato al fine da lui stesso prestabilito, e tutti gli umani divisamenti, comechè perversi ed ajutati dalle astuzie e dalle forze d' inferno, servono a Lui, come le altre cose tutte quante, ne seguita che questi stolidi e vani intenti tornano sempre a maggior gloria di Lui. Il quale vero c' insegna costantemente la Storia sacra ed ecclesiastica e ciò noi veggiamo a' nostri giorni avvenire. Parimenti la cruda guerra da tempo mossa alla Chiesa e imperversante ogni dì ha scosso il sopore di molti, ha renduto in molti più vivace la fede, più ardente, e più operosa la carità, con più stretto modo ha legato i Pastori delle singole Chiese a questa Cattedra di Pietro, ha fatto i Sacerdoti più circospetti e solleciti a custodire le plebi loro commesse; da tutte parti si levano voci, escono scritti, financo dagli eterodossi medesimi, a condannare le fraudi, a rigettare gli errori, a difendere la causa della verità. Perlocchè noi pensiamo, che a buon dritto colle parole della Chiesa tu appellavi *felice la colpa* di coloro, la malizia de' quali tanto sconvolgimento ha recato, dacchè più chiara indi rifulse l'azione della divina provvidenza e tanto guadagno di virtù in molti ne venne, e tanta paglia dall' aja del Signore fu tolta via per la caduta miseranda de' disertori. Queste cose ci sollevano e ci raffermano; queste c' insegnano a riporre più salda ogni dì la speranza nostra in Dio, che è fortezza e lode nostra; queste ci spingono a rendergli grazia ogni

observantiae significationes nobilibus istis fiduciae et constantiae sensibus exornant. Gratissima idcirco Nobis fuit epistola Tua, quae ceteroquin Te Nobis etiam commendavit, sive per adjectum specimen pastoralis zeli Tui, sive per peculiare studium, quo in populo Dioeceseos universo et praesertim in Clero illud obsequium eamque devotionem fovere conaris in hanc Sanctam Sedem, quibus Ipse praefulges. Id produnt *Instructiones* a Te concinnatae, id confirmant amantissimae Seminarii Tui Alumnorum litterae, id praesefert munus magno animo, non obstante virium tenuitate, ab iis collatum, additumque ceterorum ditionis Tuae fidelium oblationibus. Significa succrescenti illi Clero paternae caritatis Nostrae sensus, eosque hortare, ut meminerint, se spem esse Ecclesiae, itaque pietati, virtutum exercitio, scientiae sedulam dent operam, seque dociles obsequentesque praebeant iis quibus commissi fuerunt. Eorum vero Moderatoribus, ac reliquo Tuae dioecesis Clero, quem semper praesidium, decus, coronam Tuam futurum esse non dubitamus, testare peculiarem benevolentiam Nostram. Nos certe Apostoli verba usurpantes faustissimum illud omen singulis iteramus ex animo: *Gratia Domini Nostri Jesu Christi cum spiritu vestro: amen;* idemque omen totius Dioecesis Tuae fidelibus porrigimus. Auspicem vero coelestium benedictionum, quas copiosissimas universis ominamur, Tibi, Ven. Frater, Cleroque et populo Tibi credito Benedictionem Apostolicam peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 12 *Novembris* 1864.
Pontificatus Nostri Anno XIX.

PIUS PP. IX.

Ab extra
Venerabili Fratri
FRIDERICO MARIAE Episcopo Tarvisino
TARVISIUM.

volta che i venerabili fratelli nostri con sì nobili sensi di fiducia e di costanza rendono più belle le significazioni dell'amor loro, e della loro riverenza per Noi. Perciò fu gratissima a Noi la tua lettera, la quale ti fa inoltre presso Noi commendevole sì per lo saggio, che vi aggiugni del pastorale tuo zelo, e sì per la singolare sollecitudine, onde Ti adoperi a tutt'uomo di nudrire nel popolo tutto della Diocesi e specialmente nel Clero quell'ossequio, e quella divozione verso questa Santa Sede, che in Te molto risplende. Tanto dimostrano le *Istruzioni* da Te composte, tanto confermano le affettuosissime lettere degli alunni del tuo Seminario, tanto fa manifesto l'offerta da essi con animo grande di rincontro alla tenuità delle forze posta insieme e cumulata alle oblazioni degli altri fedeli della tua giurisdizione. Fa noti a quel Clero vegnente i sensi della paterna nostra carità, e gli esorta a non obbliare che sono essi la speranza della Chiesa; di che lor si avviene attendere operosamente alla pietà, all'esercizio della virtù, alla scienza, e debbono porgersi docili e riverenti a coloro, cui furono commessi. A' Reggitori loro poi ed all'altro Clero della tua Diocesi, che sarà sempre, non dubitiamo, tuo presidio, tuo decoro, tua corona, attesta la speciale nostra benevolenza. Noi dal canto nostro pigliando le parole dell'Apostolo a ciascun veniamo ripetendo col cuore quel faustissimo augurio: *La grazia del Signore Nostro Gesù Cristo abiti nello spirito vostro, e così sia;* e quel medesimo augurio porgiamo a' fedeli tutti della tua Diocesi. Auspice poi delle celesti benedizioni, che auguriamo copiosissime a tutti, impartiamo a Te, Venerabile Fratello ed al Clero e popolo Tuo con effusione di amore l'Apostolica Benedizione.

Dato a Roma presso S. Pietro il dì 12 *Novembre* 1864
Del nostro Pontificato anno XIX.

PIO PP. IX.

Al di fuori
Al Venerabile Fratello
FEDERIGO MARIA Vescovo di Treviso
TREVISO.

Pretiosiora gemmis, auro et argento sunt verba Pontificis; et ne felicem hanc occasionem nacti inaniter eam elabi sinamus non possumus Nos cohibere, quin aliqua veluti consectaria ab oraculo apostolico derivemus.

Primo enim qui sint et quo tendant Novatores, qui ab incautis nonnullis veluti heroes habentur, Pontifex declarat, nempe eos ad ejiciendum a Sede Conditorem suum et ad ipsius cultum et nomen abolendum impotenti ausu contendere.

Credite, dilectissimi, teterrimae sectae addicti vesanae industriae omnes nervos in id contendunt ut Religionem a fundamentis summoveant. Nonnulli palam impium opus aggrediuntur et minus sunt pertimescendi, nam felicius cum aperto hoste congredimur; alii vero fucatis verbis se non Religionem aggredi, sed ejus vitioso usui obviam ire se velle dictitant, et hac ratione *licentiam*, quam libertatem; *violationem jurium*, quam independentiae nationalis causam ipsi appellant, audacius propugnant.

Infelices Italiae regiones quae sub sectae jugo heu nimium veros doloris clamores emittunt, qua certitudine haec polleant experiuntur. At non satis est impiae sectae addictis omnia jura divina et humana pessundedisse et pessundare iis in regionibus, quas per vim et praecipue per multiplices fraudes et per indignas proditiones usurparunt; sed damna continuo inferunt nostris Provinciis; quae tamen ab amentia ita nunquam se capi sinent ut regnum in cujus *Statuto* per irrisionem legitur *Religionem Catholicam esse solam Religionem Status* praeferant Imperio, in quo sincera est Summi Imperantis voluntas sartam tectam Religionem Catholicam servandi.

En ratio, o dilectissimi, sub qua nobis res est consideranda, nam absit politicis quaestionibus nos implicari: quoad istas unusquisque in suo sensu abundet, dummodo principia socialia, quae sub Ecclesiae tutela sunt, incolumia consistant.

Verum si praecipue nos impellit ad obedientiam legitimis potestatibus praestandam Religionis amor; Religionis, quae in magno

discrimine versaretur, si secta perversa ubique triumpharet; illud etiam alta reponendum est mente munus esse proprium Sacerdotalis ministerii subjectionem praedicare debitam potestatibus sublimioribus, quae a Deo sunt, cum ordo socialis requirat, ne omnia susque deque vertantur, ut alii in multitudine imperent, alii obediant.

Tolle hanc divinam ordinationem et totam Societatis naturam destruis, quae in unione membrorum consistit; quam unionem constituit suprema potestas, quae proinde nullo modo violari debet. A conjurationibus, a tumultibus ad rempublicam evertendam, scilicet a quacumque, ut ajunt, *Revolutione* abhorruit semper et nunc abhorret Ecclesia. Sed alia gravissima urget ratio, qua ductus rector animarum nunc temporis a quovis molimine et machinatione ad turbas politicas excitandas fideles removere tenetur. Demus, (quod absurdum est) catholico homini licere reverentiam debitam legitimis potestatibus sublimioribus detrectare; demus ipsi fas esse jura legitimorum imperantium conculcare. Quis sanae mentis non abstineat ab illis conatibus, quos novit in evidens vergere damnum suipsius et societatis?

Quis autem ignorat, fatentibus ipsis et publice fatentibus Sectae addictis, inanes prorsus esse impraesentiarum nisus ad labefactandas his in regionibus legitimas potestates? Quis non videt per irritos hos nisus damna gravissima populo inferri; populo qui, ut notum est, nullo certe favore sed indignatione hos motus excepit?

Quapropter, dilectissimi, satagite ut plebs vobis commissa caveat, quod usquenunc factum est, a stultitia aut a malitia nonnullorum, qui in vulgus continuo falsos spargunt rumores; quasi aut per vim aut (quod plane ridiculum est) sponte Imperium Austriacum, has Provincias Longobardo-Venetas Gubernio Pedemontano cessurum sit. Etiamsi legitima essent haec desideria, humani sensus expers prorsus esset, qui data occasione, istiusmodi fabellas prudenter evellere negligeret ab animis praesertim in-

cautae juventutis, quam decipere arte crudeli fraudulenti homines contendunt; crudeli, inquam, arte, nam quis lacrymas cohibere quiverit, cum mente recolit quot juvenes a parentibus avulsos ad luendas temeritatis poenas sectarii adduxerint! Credite: fraudes quibus inexperta juventus ad motus inconsultos ciendos impellitur dedecori essent cuicumque causae etiamsi justa et esset et haberetur. Sed ad alia transeamus, quae ex apostolicis Literis fluunt.

Pusillanimes Christiani animum despondent, dum vident impium superexaltatum, dum vident, specie saltem, Sectarum molimina optato fine potiri. Eo insipientiae progrediuntur nonnulli ut, si eorum querelis fides adhiberetur, Deum, heu blasphemia! hominum negotia haud curare dicendum esset. Injuriam hanc providentiae illatam vehementibus verbis insectatur Pius adprobatque quod in nostris ad Ipsum datis literis asseruimus, felicem nempe cum Ecclesia dici posse Sectarum culpam, ex qua, Deo sic disponente, qui ipsam hominum malitiam ad sanctissimos fines suae, quae numquam fallitur, Providentiae, accommodat, tot bona emanarunt, quae commemorat sapientissimus et piissimus Pontifex.

Vos autem, o dilectissimi, ad ea quae recensentur bona a Pontifice aciem intellectus intendite; nam ex illis quam vitae normam sequi his in rerum adjunctis debeamus perspicue apparet. Summus Pontifex laudat ne veluti bonum a Deo obtentum, occasione turbarum, quae in Italia excitatae fuerunt, prudens in Sacerdotibus et fidelibus silentium, quo saltem quieti propriae in tot et tantis perturbationibus ipsi sibi provideant? Nonne potius asseverat in maximam Reipublicae Christiane utilitatem cedere: *multorum socordiam discussam*, *undique sublatas voces*, *undique emissa scripta ad damnandas fraudes*, *explodendos errores*, *veritatis causam tuendam*, *Ecclesiae jura propugnanda?* Nonne sapientissimus Pontifex inter maxima bona, occasione perturbationum recenset, *multas paleas ab area Dominica submotas per infelicem transfugarum casum?* Hoc innuit Sanctissimus Pius: haud fas esse (ni

causae Religionis proditores esse velimus), occultos esse Christianos, sicut Nicodemus occultus erat discipulus Christi propter metum Iudaeorum.

En igitur quam viam ingredi debetis, ut apostolicis monitis morem geratis. Sunt aliqua rerum adjuncta, in quibus per silentium causa justitiae proderetur. Cum in plena meridiei luce Religionis osores debacchantur; cum Ecclesiam Catholicam continuo lacessunt; cum etiam illi, qui hypocritae ad tempus ovina pelle naturam lupi tegere volunt, non se ita continent, quin satis clare, quo tendant, etiam coecutientibus appareat, sub pelle enim ovina quaquaversus per foramina pili lupi conspiciuntur; cum inimici Religionis a quibus palam non impugnantur inter suos asseclas recensere non dubitant; si horum omnium ratio habeatur planum est concludere silentium interpretatum iri ut assensum impiis molitionibus, ac proinde fideles adstringi ád fidem palam profitendam sive directe sive indirecte impugnetur. Hoc a vobis requirit, o dilectissimi, fortitudo sacerdotalis, quam vobis, cum sacris ordinibus initiati fuistis, commendavit Episcopus. Vobis enim minime ignorare fas est verba Pontificalis Romani, quae recitata fuerunt a Pontifice, quando per Ipsius manuum impositionem Spiritus Sancti gratiam accepistis. Per ea verba Episcopus vobis descripsit Ecclesiam, cujus jura a vobis sunt propugnanda, non quasi domum, quae vobis asylum pacis terrenae praeberet, sed velut eam *quae semper in procinctu posita incessabili pugna contra inimicos dimicat ut docet Apostolus*. Vos igitur suscitate *gratiam quae vobis data est per impositionem manuum presbyterii*, et pugnate alacriter, ut etiam in vobis illa veritati respondeat Pii sententia, Sacerdotes quamplures, occasione accepta a conatibus eorum, qui dirum bellum S. Sedi intulerunt, alacriores evasisse. Si qua autem in re vos alacres, quales hactenus fuistis, in defendendis juribus S. Sedis apostolicae, in obsequio erga Successores Petri maxime cupimus. Huc enim, ut supra in prostrema Pastorali nostra epistola monuimus, omnes ictus collimant adversariorum

Ecclesiae; nam sicut ablata in Societate Suprema Potestate totum corpus sociale dissolveretur; eodem modo, si *per absurdum* impiissimus scopus feliciter sectariis cederet Petri cathedram de medio Ecclesiae tollendi, a fundamentis Ecclesia ipsa corrueret. In systemate coelesti, cujus terra quam incolimus pars integralis existit, sublato Sole, astra minora, quae ab illo intra suas *orbitas* continentur, huc illuc sine lege vagarentur; unde admirabilis ordinis, qui in nostro hoc systemate refulget, ratio ad Solem, ut a divino architecto ad hunc finem destinatum, refertur; eodem fere modo Romana Sedes minores per orbem dispersas colligat inter se Ecclesias; eaque sublata nec fidei nec disciplinae unitas servari posset.

Ex quo plane intelligitis quantum intersit Ecclesiae ut omnes catholici pro suis viribus paupertati Summi Pontificis, Patris omnium fidelium, subvenire connitantur; ne defectu temporalis subsidii independentiae apostolicae vocis conditiones amittat, quas impraesentiarum necessarias esse tota conclamat Ecclesia.

Ea quae usque nunc disseruimus hanc Dioecesim ut partem magnae Reipublicae Christianae respiciunt; ad ea nunc progrediamur, quae speciali modo ad Nos referuntur.

Ad hujus Dioecesis regimen spectant quae in apostolicis litteris sequuntur. Benigna commemoratio *Instructionum*, quas hoc anno edidimus, et judicio oraculi apostolici subjecimus, dum Nos gaudio maximo afficit, impellere vos debet, o dilectissimi, ad eas perfecte, quantum humana infirmitas patitur, adimplendas; sic enim non solum Episcopo vestro Pastori, sed Pastori Pastorum Jesu Christi Vicario obsecundabitis. Cum autem auditis Pium de Clero succrescenti nostrae Dioeceseos tanto affectu, tanta sollecitudine loqui, id Vos, dilectissimi, inflammare debet ad fovendum Seminarium illud, a quo pendet optima Clericorum institutio, quae scilicet Pontifici Summi votis respondeat. Pergratum erit equidem Pontifici si verum testimonium reddemus Vos nihil intentatum reliquisse ut augeatur illud Institutum a quo profectus

illorum expectatur, qui spes Ecclesiae ab ipso appellantur. Exultabit certe Pontificis animus si notum Illi fecerimus, o Parochi, quamvis non pauci in rerum domesticarum angustiis versemini, et quamvis exsoluti fueritis consuetudine convivii parandi confratribus vestris occasione conventuum ad quaestiones morales ex antiqua institutione in Paroeciis singulis enodandas, ut quod in epulum impendendum erat ad Seminarii subsidium conferretur; laudabili exemplo, impetrata ab Episcopo facultate, et mensam confratribus parasse, et praetextum ex hoc minime nactos fuisse aut ad non erogandam, aut ad imminuendam stipem in bonum Seminarii. Confidimus quamcitius Nos hac spe haud frustratum iri. Hanc vero fiduciam in Nobis augent verba Pontificis in fine epistolae, quibus veluti Se pro vobis sponsorem, insigni humilitate, praeclara benignitate exhibens declarat *Se non dubitare* Vos futuros esse semper *Praesidium*, *Decus et Coronam Episcopi; Praesidium* quia dum cum diro hoste, nempe spiritu hujus Mundi, congreditur Episcopus, quibuscum pugnet ad praesidium habebit Parochos, Sacerdotes, Clericos universos; *Decus* quia gloria patris est filius sapiens, et vera Sapientia ea est, quae omnes actus ad finem ultimum ad vitam aeternam praeordinat; quod Sacerdotis, qui vere Sacerdos sit, proprium est; demum *Coronam* quia Vos, dilectissimi, Nos circumdabitis affectu; eo affectu quem jure a vobis requirimus, quia Nobis conscii sumus quo affectu paterno erga Vos flagremus. Copiosissimae illae benedictiones, quas Pontifex Nobis et Vobis ominatus est, descendant super Nos et super plebes nobis commissas et gaudio illo nos impleant inter humanas adversitates, quod praeludat gaudiis vitae aeternae, quam Nobis Dominus det per J. Christum, intercedente Ejus Genitrice Maria, quae semper Deo placuit cum precibus Pontificis qui sertum adeo excellens in facie Ecclesiae Virgineo capiti imposuit. Gratia Domini Nostri J. Christi sit cum omnibus vobis.

Datum Tarvisii ex Aedibus Nostris Episcopalibus
die vigesima quarta Decembris anni 1864

✝ FRIDERICUS MARIA EPISCOPUS